



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

XV. Vt idem ordo sacrorum & psallendi obseruetur intra prouinciam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

nium vitiorum fomes ac nutrix est; nec quis potest liberum corporis sui ac mentis habere iudicium, cum captus vino a sensu probetur alienus, & procliuis ad vitium mente labefacta ducatur, ac plerumque possit peccatum aut crimen, dum nescit, incurrere. Sed ignorantia talis non potest non subiaccere pœnæ, quam ex voluntaria amentia mansisse constiterit. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut triginta dierum spatio a communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum esse supplicio.

ANNO
CHRISTI
463.

XIV.

Iuo part. 6.
c. 144.

Clericus quem intra muros ciuitatis suæ manere constiterit, & a matutinis hymnis sine probabili excusatione ægritudinis inuentus fuerit defuisse, septem diebus a communione habeatur extraneus: quia ministrum sacrorum eo tempore, quo non potest ab officio suo vlla honesta necessitas occupare, fas non est a salubri deuotione cessare.

XV.

Rectum quoque duximus, vt vel intra prouinciam nostram sacrorum ordo & psallendi vna sit consuetudo: & sicut vnam cum Trinitatis confessione fidem tenemus, vnam & officiorum regulam teneamus: ne variata obseruatione in aliquo deuotio nostra discrepare credatur.

XVI.

Concil. A-
gath. Can.
42.

Ac ne id fortasse videatur omissum, quod maxime fidem catholicæ religionis infestat, quod aliquanti clerici student auguriis, & sub nomine fictæ religionis, quas sanctorum sortes vocant, diuina-